POTHIER

Cantus

Mariales

1903

Mus. V

2680

INDEX ALPHABETICUS

Alma Virgo. 85
Ad Virginem piæ salutationes. 117
Ave lumen. 55
Ave Maria. O beata. 105
Ave maris stella, clarum.. . 95
Ave maris stella, vera.. . . 51
Ave Mater. 26
Ave plena gratiæ. 28
Ave vena veniæ. 64
Ave Virgo nobilis. 90
Ave Virgo speciei. 43
Ave Virgo virginum. . . . 108
Clemens et benigna. . . . 21
Concordi lætitia. 73
Corona sacratissimi Rosarii. 125
Coronula Beatæ Mariæ Virginis. 120
Eva virum. 12
Flos virginum. 36
Gaude Virgo. 77
Gloria sanctorum. 42
Hodiernæ lux diei. 83
Imperatrix Angelorum. . . 107
In natali Domini. 18
Inviolata. 3
Isti sunt agni novelli. . . . 101
Jesse proles. 59
Jesu, Fili summi Patris. . . 14
Litaniæ Lauretanæ. 132
Magnificat. 115
Memorare. 2
O beata Mater. 105
O Maria Dei cella. 69
O Maria, Mater pia, Mater. . 99
O Maria, mater pia, o benigna. 61
O Maria, vitæ via. 46
O mira caritas. 110
O res admirabilis. 16
O Sophia. 97
O tu spes mea. 67
O Virgo pulcherrima. . . . 4
Omnis expertem.. 8
Post partum Virgo. 31
Resonet in laudibus. . . . 19
Salutatio angelica. 1
Salve Mater misericordiæ. . 49
Salve mira creatura. . . . 33
Salve mundi Domina. . . . 88
Sancta Maria. 39
Sicut pratum. 80
Stabat Mater speciosa.. . . 23
Terrena cuncta jubilent. . . 10
Tota pulchra es. 5
Tota Regis filiæ. 75
Virgo clemens. 89
Visne Maria. 79
Voce jucunditatis. 91
Vox turturis. 116

Alma Virgo

Ad Virginem piae salutationes

Ave Lumen

Ave Maria. O Beata

Ave Maris Stella, clarum…

Aver Maris Stella, vera…

Ave Mater

Ave plena gratiae

Ave vena veniae

Ave Virgo nobilis

Ave Virgo speciei

Ave Virgo virginum

Clemens et benigna

Concordi laetitia

Corona sacratissimi Rosarii

Coronula Beatae Mariae Virginis

Eva virum

Flos virginum

Gaude Virgo

Gloria sanctorum

Hodiernae lux diei

Imperatrix Angelorum

In natali Domini

Inviolata

Isti sunt agni novelli

Jesse proles

Jesu, Fili summi Patris

Litaniae Laurentanae

Magnificat

Memorare

O beatata Mater

O Maria Dei cella

O Maria, Mater pia, Mater

O Maria, Mater pia, o benigna

O Maria, vitae via

O mira caritas

O res admirabilis

O Sophia

O Tu spes mea

O Virgo pulcherrima

Omnis expertem

Post partum Virgo

Resonet in laudibus

Salutatio angelica

Salve Mater misericordiae

Salve mira creatura

Salve mundi Domina

Sancta Maria

Sicut pratum

Stabat Mater speciosa

Terrena cuncta jubilent

Tota pulchra es

Tota Regis filiae

Virgo clemens

Visne Maria

Voce jucunditatis

Vox turturis

1903. 2290.

CANTUS MARIALES

QUOS

E FONTIBUS ANTIQUIS ERUIT

AUT OPERE NOVO

VETERUM INSTAR CONCINNAVIT

D. JOSEPHUS POTHIER

ABBAS SANCTI WANDREGISILI

O. S. B.

PARISIIS

EDIDIT CAR. POUSSIELGUE

15, VIA DICTA CASSETTE, 15

1903

19

Propriété de



Tous droits réservés.

CANTUS MARIALES

QUOS

E FONTIBUS ANTIQUIS ERUIT

AUT OPERE NOVO

VETERUM INSTAR CONCINNAVIT

D. JOSEPHUS POTHIER

ABBAS SANCTI WANDREGISILI

O. S. B.

PARISIIS

EDIDIT CAR. POUSSIELGUE

15, VIA DICTA CASSETTE, 15

1903

IMPRIMATUR

Parisiis, die 23 Januarii 1903.

G. LEFEBVRE,
Vic. gén.

EX
BIBLIOTHECA
REGIA ACADEM.
GEORGIAE
AUG.

Omnia certatim christiana sæcula gloriosissimam Virginem Dei matrem summis laudibus extulerunt. In hoc autem unanimi cunctarum generationum beatam Eam dicentium concentu præclare medium ævum suas utique partes explevit; cujus quippe ingenua ac singularis erga Reginam cœli et terræ devotio mire effloruit in multos ad ejus honorem hymnos et modulos.

Ex his omnibus sacris carminibus haud pauca certe præcellunt tum alta sententiarum doctrina, tum effusionum cordis candida libertate, tum uberrima simplicitate verborum, tum et solerti sacræ Scripturæ figurarum et dictionum usu, quæ profanæ artis locutiones fictionesque religiosis mentibus sane superant, tum denique perpulchra rhythmorum varietate atque musicorum pia suavitate modulorum.

Hæc vero egregia pietatis avitæ monumenta jam fere cuncta in oblivionis pulvere jacent, sepulta nempe in codicibus vetustis; et sunt quasi flores eximii quos desiccatos quoddam premeret herbarium. Plurimum tamen optandum est ut ex his saltem præcipua in lucem redire valeant, et eo pacto Dei laudibus et solatiis animarum adhuc inservire.

Nos igitur hodie valde juvat cantus istos Mariales, qui subsequuntur, edere, partim e monumentis medii ævi feliciter effossos, partim vero ad normam veteris hujus ætatis noviter concinnatos.

Ipsi tamen hic non omnes servantur integre in primæva sua forma, scilicet ut jacent in proprio cujusque documento, quamvis optimo. Fuit enim interdum aut utile aut etiam quandoque neces-

sarium ab originali in aliquo sive verbo, sive modulo discedere; quatenus haberetur aut rectior doctrina, aut apertior sensus, aut aptior rhythmus vel modulus. Nec mirum : præsens enim opusculum non tam ad rem antiquariam aut litterariam quam ad precatoriam pertinet. Infra etiam pro re nata notantur, in propriis utique locis, hujusmodi variationes sive in littera sive in musica nota.

In fronte autem singulorum carminum primum inscribuntur, vice tituli proprii, verba quibus unumquodque incipit. Postea minor subditur inscriptio, qua notatur genus ad quod ea cantilena refertur, habita quidem in nuncupando ratione nominum quæ in ipsis sacræ liturgiæ libris usurpantur.

Nomina autem hæc sunt : CANTICUM, *si quid reperitur post singulas strophas ab omnibus communi voce respondendum;* HYMNUS, *si cantandæ sunt omnes strophæ sub eadem semper melodia;* PROSA *vel* SEQUENTIA, *si binæ et binæ tantum pari melodia strophæ modulantur.* Sequentia *autem in eo differt a* Prosa *quod forma cantilenæ in hac contractior est vel simplicior quam in illa, item et numerus magis lege solutus. Exstant etiam nonnulli cantus ita constituti, ut simul a diversis generibus aliquid habere videantur. Tunc cui minus competit unum nomen ex iis quæ sunt propria, is communi vocabulo simpliciter* RHYTHMUS *appellatur.*

Utile prorsus atque gratum fore duximus aliquas singulis cantibus brevissimas subjungere notas, quibus præcipue variæ rerum indicarentur origines, nimirum sub hoc signo T *textus, et sub isto* M *melodiæ fontes. Nil vero notatur, ubi agitur de textu recenti, aut de nova melodia; neque ubi sive verba, sive moduli sunt publici juris, aut alias satis in propatulo.*

Jam vero de his cantibus abunde liquet eos esse et merito et usu potissimos, qui ad sacram liturgiam propria pertinent. Illi quoque permagni sunt momenti, quos vetus vel communis recepit consuetudo. Neque tamen cæteri rejiciendi forent, eo tantum quod forte speciali approbatione carere viderentur; siquidem et ipsi, servatis servandis, licite et fructuose possunt in Ecclesiis adhiberi, saltem inter functiones minus liturgicas, at certe in conventibus sodalitatum, et ad pia præsertim mensis Marialis exercitia, aut alia hujusmodi. Quoties enim licet intromittere cantica in vernaculo sermone, toties a fortiori in latino, nempe in ipsa Matris Ecclesiæ lingua.

Accipiant ergo benigne ac lætanter animæ piæ hunc Marialem fasciculum ex omni florum genere, diversisque coloribus et odoramentis in horto ipsius Ecclesiæ pie collectum.

O pia! quam pium est
Gaudere de te, Maria!
Et vos omnes qui diligitis Eam,
Ante torum, ante thronum
Deiparæ Virginis frequentate nobis
Dulcia cantica dramatis.
Amen.

I

Salutatio angelica

ANTIPHONA

6.



A - ve, Ma-rí- a, grá-ti-a ple-na : Dóminus te- cum : be-



nedícta tu in muli- éribus, et bene-díctus fructus ventris tu-i,



Je- sus. Sancta Marí- a, mater De- i, ora pro no-bis pecca-

tóribus, nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

II

Memorare

ANTIPHONA

1.

Memo-ráre, o pi-íssima Virgo Marí- a, non esse au-dítum

a sæculo quemquam ad tu-a curréntem præ-sídi- a, tu-a implo-

rántem auxíli-a, tu-a pe-téntem suffrá-gi-a esse dere-lic-tum.

Ego, ta li animá-tus confidénti-a, ad te Virgo vírginum Ma-ter

curro, ad te véni-o, coram te gemens peccá-tor assísto.

Noli, Mater Verbi, verba me-a despícere, sed au-di pro-pí-

ti-a et exáu-di. A-men.

III

Inviolata

PROSA

6.

Invi-o-láta, íntegra et casta es, Marí-a; Quæ es effécta fúlgida

cæli porta. O Mater alma Christi ca-ríssima; Súscipe pi-a lau-

dum præ-cóni-a. Te nunc flá-gitant devóta corda et ora, Nostra

ut pura péctora sint et córpora. Tu-a per precáta dulcí-sona

Nobis concédas véni-am per sæ-cula. O benígna! o regína!

o Marí-a! quæ sola invi-o-lá- ta perman-si- sti.

(T. M. *XII. s. Tropi mediis verbis* ℟. Gaude Maria *intersiti.*)

IV

O Virgo pulcherrima

PROSA

6.



O - Virgo pulchérrima! o Mater mellíflu-a! o De-i fí-li-a!



2. O stella claríssima! o rosa puríssima! o pascens lí-li-a!



3. O lumen lúminum! o flos conválli-um! o labis nésci-a!



4. O decus vírginum! o spes fidé-li-um! o plena grá-ti-a!



5. Fac nos tu-um Fi-li-um amáre in perpé-tu-um, Ma-ter pi-a



6. Ac perduc in gaudi-um olympi su-avíssimum, o Ma-rí-a!

(T. *Brit. Musæi, 7. A. VI. Ed. R. P. Ragey, Hymn. B. M. V., p. 29.*)

V

Tota pulchra es

CANTICUM

5.



Tota pulchra es, o Ma-rí-a, tota pulchra es, et mácula



non est in te. Quam speci-ó-sa, quam su-ávis in de-lí-ci-is



Concépti-o il-li-bá-ta! ℣ Ve-ni, ve-ni de Lí-bano, ve-ni, ve-ni de



Lí-bano, ve-ni, ve-ni, coronáberis.



2. Tu progré-de-ris ut auróra valde rú-ti-lans, Affers gáu-di-a



sa-lú-tis. Per te or-tus est Christus De-us, sol justí-ti-æ,



O fúlgi-da porta lu-cis. ℣ Ve-ni.



3. Sicut lí-li-um inter spinas : inter fí-li-as sic tu Virgo be-



ne-dí-cta. Tu-um re-fúlget vesti-méntum ut nix cán-di-dum ;



sicut sol fá-ci-es tu- a. *Ve-ni.



4. In te spes vi-tæ et vir-tú-tis, omnis grá-ti- a et vi-æ



et veri-tá-tis. Post te currémus in o-dó-rem su-a-víssimum

trahénti-um unguen-tó-rum. *Ve-ni.



5. Hortus conclúsus, fons si-gná-tus, De-i Génitrix, et grá-ti-æ



pa-ra-dí-sus. Imber ábi-it et re-céssit, hi-ems tránsi-it, jam

flores ap-pa-ru-é-runt. *Ve-ni.



6. In terra nostra vox audí-ta, vox dul-cís-si-ma : vox túr-



tu-ris, vox co-lúmbæ. Assúme pennas, o co-lúmba formo-



sís-si-ma ! Surge, pró-pe-ra et ve-ni. *Ve-ni.

(T. *Centones e locis variis sacræ liturgiæ.*)

VI

Omnis expertem

HYMNUS



2. Ipsa se præbens húmili puéllæ
Virgo spectándam, récreat pavéntem
Seque concéptam sine labe sancto
Prædicat ore.

3. O specus felix decoráta divæ
Matris aspéctu! veneránda rupes,
Unde vitáles scatuére pleno
Gúrgite lymphæ.

4. Huc catervátim pia turba nostris,
Huc ab extérnis peregrína terris
Affuit supplex, et opem poténtis
Vírginis orat.

5. Excipit Mater lácrimas precántum,
Donat optátam míseris salútem;

Compos hinc voti pátrias ad oras
Turba revértit.

6. Súpplicum, Virgo, miseráta casus,
Semper o nostros réfove labóres,
Impetrans mæstis bona sempitérnæ
Gaudia vitæ.

7. Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus,
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo. Amen.

(**T.** *ex Officio Apparitionis B. M. V.*; **M.** *ad hoc concinnata.*)

VII

Terrena cuncta jubilent

HYMNUS

4.



2. Hæc virgo verbo grávida
Fit paradísi jánua,
Quæ Deum mundo réddidit,
Cælum nobis apéruit.

3. Felix ista puérpera
Evæ lege libérrima,
Quæ concépit de Spíritu,
Emísit sine gémitu.

4. Dives Mariæ grémium
Mundi gestávit prétium,
Quo gloriamur rédimi
Solúti jugo débiti.

5. Quam Patris implet Fílius,
Sanctus obúmbrat Spíritus,

Cælum fiunt castíssima
Sanctæ puéllæ víscera.

6. Sit tibi laus Altíssime,
Qui natus es ex Vírgine,
Sit honor ineffábili
Patri sanctóque Flámini. Amen.

(T. *S. Petri Damiani, Cardinalis. Ed. Tomasi, p. 385.*)

VIII

Eva virum

RHYTHMUS

1. Ea - va virum dedit in mortem, Omnes e-am séquimur sortem ;

Pulsus homo pátri-a Gemit in miséri-a : Hic error, proh do-lor !

Detrúdit in ínfero Sedéntes de súpero, In ínfero, de súpero :

Surgunt spinæ, tríbu-li, Tot férti-les éxsuli Labó-ribus, súdó-ribus :

Eva ma-ter parit in tristí-ti-a, Terríbi-li da-ta senténti-a.

2. Tan-tis ma-lis das remé-di-a Tu, Ma-rí-a, plena grá-ti-a :

Transmíssum per Angelum Fe-lix audis núnti-um : O mirum ! ò

læ-tum ! Intácta concípi-es, Et illæsa pári-es : Concípi-es et

pári-es De-um ineffábilem Pá-ri-ter et hóminem. Ne tí-me-as,

sed gáu-de-as : Nam virgi-nitátis fulgens glóri-a simul matris

habé-bis gáu-di-a.

3. Per te nobis pérdita data, O dótibus tot decoráta, Pi-a mater

Dómi-ni Dans salútem hómini. O ve-ra ! Sincé-ra Tu mater

vivénti-um, Tu vi-ta credénti-um, Vivénti-um, credénti-um, Spécu-

lum justí-ti-æ, Fons nostræ lætí-ti-æ, justí-ti-æ, lætí-ti-æ : Fac

sentí-re tu-um nos auxí-li-um, Cælo fru-i post hoc exsí-li-um.

Amen.

(T. *1ª stropha. Bibl. nat. Paris.. Cod. 1139. Ed. Raillard. — 2ª et 3ª str. novæ.*)
(M. *Cod. 1139.*)

IX

Jesu Fili summi Patris

SEQUENTIA

4.

Jesu Fi-li summi Patris, Jesu Fi- li sanctæ Matris Et intáctæ

Vír-ginis. Qui de cælo descendísti, Et descéndens indu-ísti Vere

formam hó-minis. Genitrí-cis pi-a prece Nos a lu-to, nos a fæce

Pecca-tórum áb-lu- e. Et concé-de vi-tam puram, Et da pa-cem per-

mansúram, Et sa-lútem trí-bu- e. Nobis tu- is fámu-lis, Necnon a pe-

rícu-lis Liberári ánnu- e. Glori-ósa De-i mater, Cujus natus est et

pater Patris Unigéni-tus. Cujus alvum præ-optávit, Præmundávit,

præ- optávit Utri- úsque Spíri-tus. Nostris ora pro peccá-tis Apud

fontem pi- etátis Et mise-ri-córdi-æ. Et da vere pœni- tére, Et

de-lícta nostra flere, Dum tempus est vé-ni- æ. Et cum tu-o fí-li- o

Simus et in só- li- o Perénnis lætí- ti- æ. A- men.

(T. M. *Bibl. Sangall.. Cod. 546.*)

X

O res admirabilis

SEQUENTIA

3.

O - res admirábi-lis! Virgo venerábi-lis Parit, sed intácta.



2. Plena sancto Flámine Procul a contámine Génitrix est facta.

3. Cárdine de súpero Rore sa-lu-tí-fe-ro Mi-re fecundá-tur.



4. Pépe-rit fecúndi-tas Et sacra Virgíni-tas Integra servá-tur.

5. Sic-ut ros in grámine Descéndit in Vírgine Verbum summi Patris.



6. Patrem non deséru-it, Sed mortá-lem índu-it Formam alvo matris.



7. Sic-ut terram plúvi-a Sic divína grá-ti-a Vírginem fecúndat.



8. Sanctus e-am Spí-ritus Illibátam péni-tus Grá-ti-is inúndat.



9. Non est opus hóminis, Sed est opus Núminis Et magnæ virtútis.



10. Quæ virum non nóverat, Péperit et génerat Auctórem sa-lú-tis.



Amen.

(T. *Bibl. nat. Paris.. Cod. 1339.*)

C. M.

XI

In natali Domini

CANTICUM

1. In natáli Dómini Gaudent omnes Angeli Et cantant cum júbilo :

Glóri-a uni De-o. ℟. Virgo De-um génu-it, Virgo Christum péperit,

Virgo semper intácta. 2. Nunti-ávit Angelus Gaudi-um pastóribus,

Christi na-ta-lí-ti-a, Uni De-o glóri-a. ℟. Virgo. 3. Magi De-um

adórant, Aurum, thus, myrrham portant, Regi regum Dómino;

Glóri-a uni De-o. ℟. Virgo. 4. Gaude-at Ecclési-a Júgi-ter cum

glóri-a Laudem det Altíssimo : Glóri-a uni De-o. ℟. Virgo.

(T. M. *Ed. Wackernagel.* Kirchenlied. *1. 203.*)

XII

Resonet in laudibus

CANTICUM

5. Résonet in láudibus Cum jucúndis pláusibus Si-on cum fidé-

libus. * Appáru-it quem génu-it Marí-a. Gaudéte, gaudéte, Christus

natus hódi-e. Gaudéte, gaudéte, Ex Marí-a Vírgine.

2. Sion lauda Dóminum
Salvatórem ómnium;
Virgo parit Fílium.
* Appáruit.

3. Pueri concúrrite,
Nato Regi psállite,
Voce pia dícite.
* Appáruit.

4. Natus est Emmánuel,
Quem prædíxit Gábriel
Testis est Ezéchiel.
* Appáruit.

5. Juda cum cantóribus
Grádere de fóribus,
Et dic cum pastóribus.
* Appáruit.

6. Qui regnat in æthere,
Venit ovem quærere,
Nolens eam pérdere.
* Appáruit.

7. Et nos unanímiter
Proclamémus dúlciter :
Ipse summus árbiter.
* Appáruit.

8. Ergo nostra cóncio,
Cum sit plena gáudio
Benedícat Dómino.
* Appáruit.

9. Sancta tibi Trínitas
Os ómnium grátias
Résonet altíssimas.
* Appáruit.

(T. M. XIVº *s. Ed. Wackernagel. 1. 212.*)

XIII

Clemens et benigna

PROSA

2.





misé-ri-a Reduc ad gáudi-a, Marí-a. ℟. Pro nobis. ℣. Tu mundi



Dómina, Cælórum Regína, Marí-a. ℟. Pro nobis. ℣. Sit tibi glóri-a



Secla per ómni-a, Marí-a. ℟. Pro nobis ora Et impló-ra, Marí-a.

(T. M. *Bibl. Sangall.. Cod. 546, addito* ℟ *ad libitum.*)

XIV

Stabat Mater speciosa

SEQUENTIA



6. Stabat Mater speci-ósa, Juxta fœnum gaudi-ósa, Dum jacébat



párvulus. 2. Cujus ánimam gaudéntem, Lætabúndam et fervéntem



Pertransívit júbi-lus. 3. O quam læta et be-áta Fu-it illa immacu-

láta Mater Unigéniti. 4. Quæ gaudébat et ridébat, Exsultábat, cum



vidébat Nati partum ínclyti. 5. Quis est qui non congaudéret,



Matrem Christi si vidéret In tanto soláti-o ? 6. Quis non posset



collætári, Christi Matrem contemplá-ri Ludéntem cum Fi-li-o ?



7. Pro peccátis su-æ gentis Christum vidit cum juméntis Et algóri



súbditum. 8. Vidit su-um dulcem Natum Vagi-éntem, fasci-átum,



In præsépe pósitum. 9. Ei-a, Mater, fons amóris, Me sentíre vim



ardóris, Fac ut tecum férve-am. 10. Fac ut árde-at cor me-um In



amándo Christum De-um, Ut sibi compláce-am. 11. Sancta Mater

istud agas : Prone introdúcas plagas Cordi fixas válide. 12. Tu-i



Nati cælo lapsi, Jam digná-ti fœno nasci Pœnas mecum dívide.



13. Fac me vere congaudére, Jesulíno cohærére, Donec ego víxero.



14. In me sistat ardor tu-i, Pu-eríno fac me fru-i, Da quod tam de-



sídero. 15. Virgo vírginum præclára, Mihi tutam vi-am para, Fac

me pi-e vívere. 16. Fac ut portem Christum fortem, Qui nascéndo



vicit mortem Volens vitam tradére. 17. Fac me tecum sati-ári, Tecum



et inebri-ári Tu-o dulci Fíli-o. 18. Inflammátus et accénsus Ob-



stupéscit omnis sensus Tali de commérci-o. 19. Fac me Nato custo-



díri, Verbo De-i præmuníri, Dum sum in exsí-li-o. 20. Quando

corpus mori-étur, Fac ut ánimæ donétur Tu-i nati vísi-o. Amen.

(T. *Bibl. nat. Paris.. Cod. 7785. lat. Ed. Ozanam,* Poètes francisc.. *Eæ tamen fuerunt merito eliminatæ strophæ quæ non videntur genuinæ, vel certe pares non habent in typica seq.* Stabat mater dolorosa, *ejusdem, ut creditur, auctoris. Nonnulli etiam versus mutati sunt in alios melioris rythmi vel sensus aptioris.*)

XV

Ave Mater

SEQUENTIA

6.

A - ve Mater qua natus est orbis Pater, o Marí-a. Nato nata,

semper grata, illibáta, o Marí-a. Ave mundi dómina, Evæ solvens

crímina, o Marí-a. Ave sidus régi-um, gignens De-i Fí-li-um, o

Marí-a. Ave cæ-li régi-a, plena De-i grá-ti-a. o Marí-a. Ave

porta cælica, tibi laus angélica, o Marí-a. Ave De-i thálamus,

myrrha, thus et bálsamus, o Marí-a. Ave sponsa sophi-æ, nos

refórmans gráti-æ, o Marí-a. Ave fons justíti-æ, orígo mundí-

ti-æ, cella pudicíti-æ, o Marí-a. Ave virgo vírgi-num, medi-átrix

hóminum, munda culpas críminum, o Marí-a. Ave pu-érpera, lapsos

de vípera reduc ad æthera, o Marí-a. Candens flos lí-li-i, loca nos

ad pi-i déxteram Fí-li-i, o Marí-a.

(T. *Ed. Mone, 373.*)

XVI

Ave plena gratiæ

PROSA

6.

A - ve plena grá-ti-æ, Mater misericórdi-æ, sancta Marí- a. Per



quam omnis grá-ti-æ fons ortus est Ecclési-æ, sancta Marí- a.



Laude digna Angelórum, sume laudes peccatórum, sancta Marí- a.



Spes re-órum, spes lapsórum, lætí-ti-a be-atórum, sancta Marí- a.



Te Gábri-el læti-ficávit, te Parácli-tus obumbrávit, sancta Marí- a.

Pater summus magni-ficávit, dum Fí-li-o matrem cre-ávit, sancta



Marí- a. O glóri-a! o gáudi-um! dum genu-ísti Altíssimi Unigé-



nitum, sancta Marí- a. O dómina! o Dóminum propí-ti-um fac



nobis tu-um primogénitum, sancta Marí- a. Tu-um pertránsi-it



gládi-us ánimam, cum in crucifíxi látere defíxam cérneres lánce-am,



sancta Marí- a. Víncula, cólaphi, coróna spíne-a, arúndo, flagélla



clavíque te matrem corde cru-entárant, sancta Marí- a. O læ-títi-a!



o resurréxit Dóminus, en, Virgo, vivit tu-us Fí-li-us, sancta

Marí- a. O Regína! o regnat, vincit, ímperat! non mori-túrus tu-us



únicus, sancta Marí- a. Nunc super choros Angelórum exaltáta,



a dextris Fíli- i, mater, regnas, cælésti glóri-a circúmdata, sancta



Marí- a. Nostri memor esto in mise-ricórdi-a, in hac miséri-a, nos



éxsules reduc ad ætérna ta-bernácula, sancta Marí- a. O virgo!



o dómina! o mater regína, sancta Marí- a.

(T. *Ed. Mone*, 527.)

XVII

Post partum Virgo

PROSA

4.



Post partum Virgo Marí- a, De-i Génitrix fecúnda, grá-ti-a

Tonántis plena. Ave terrárum Dómina, alma cælórum Regína.



Tibi æthera omnísque sanctórum turba deprómunt symphoní-a.



Tellus, flúmina, atque silvárum némora resúltant vo-ce su-a.

Salve pa-rens íncli-ta, fe-lix pu-érpera. Per te lux et véri-tas

mundo est édita. Tu Jesum de stilla lactásti sacra, Prole Virgo



læta, Mater intácta, Unde nostris ei-a fave votis, Dómina. Christum



T. M. *Bibl. Sangall. Cod. 546.— Bibl. nat. Paris.. Cod. 17311, lat.*)

XVIII

Salve mira creatura

CANTICUM



2. Cum creáris, absque mora
Tota sancta et decóra;
Non est in te nubis hora,
Tota corúscans auróra
Justitiæ solis.
℟. O clemens.

3. Salve cæli plena rore,
Gaudens et Matris honóre
Et Virginitátis flore,
Cum in lílii candóre
Génitrix es facta.
℟. O clemens.

C. M

4. Fons exúndans gaudiórum,
Paris Regem Angelórum
In salútem populórum,
Captivórum et reórum,
O mater intácta!
℟. O clemens.

5. Eva, dum credit serpénti
Mortem tulit toti genti;
Sed tu, Angelo loquénti
Fidens, mísere jacénti
Effugásti luctum.
℟. O clemens.

6. Tu es tellus non labóre
Fecundáta vel sudóre,
Sed cælésti tantum rore;
Agri pleni cum odóre
Germinásti fructum.
℟. O clemens.

7. Tu excéllis, Virgo digna,
Sicut cedrus inter ligna;
Te præmonstrant multa signa
Genitúram, o benigna,
Mundi Salvatórem.
℟. O clemens.

8. Virga te signat frondósa
Aaron prodigiósa,
Quæ dat valde speciósa,

Miro dono pretiósa,
Fructuósum florem.
℟. O clemens.

9. O Virgínitas beáta,
Mosis rubo figuráta,
Cujus Prophétæ monstráta
Flamma, vi sua priváta,
Ardens non urébat.
℟. O clemens.

10. Virgo mater Deo grata,
Imbre cæli inundáta,
Gedeónis te lanáta
De supérnis irroráta
Vellus prædicébat.
℟. O clemens.

11. Salve, cælum tangens scala,
A mundo repélle mala
Quæ dedérunt Adæ mala:
Ut plebs fac tua sub ala
Sit Christo fidélis.
℟. O clemens.

12. Fac pro tua pietáte
Ut stantes in veritáte,
Virtútis integritáte,
Fruámur societáte
Sanctórum in cælis.
℟. O clemens.

(T. *Partim de variis locis selectus; partim de novo conditus.*)

XIX

Flos virginum

CANTICUM

4. Flos vírginum, Mors críminum, Miserórum spes única : Marí-a dux, Marí-a lux, Et stella non errática : Marí-a fons, Marí-a mons, Marí-a rosa mystica : Marí-a flos, Marí-a dos, Marítans imis cæ-lica : Marí-a pax, Marí-a fax, Illúminans umbrática. 1. Marí-a virgo cælica, Orta stirpe Davídica, Mater De-i viví-fica, Et ubí-que magní-fica : Tu cella aromática Et piscína probática. ℟. Flos vírginum.

2. María, Regis sólium,
Dei reclinatórium,
Trinitátis triclínium,
Sanctitátis palátium,
Vitæ reconditórium,
Redemptiónis óstium.
℟. Flos vírginum.

3. María, mater lúminis,
María, mater núminis,
María, fons dulcédinis,
Templumque pulchritúdinis,
Via beatitúdinis,
Et turris fortitúdinis.
℟. Flos virginum.

4. María salutífera,
Stella maris lucífera,
Et Génitrix Deífera;
Virga Jesse florígera,
Oliváque fructífera,
Et nardus odorífera.
℟. Flos vírginum.

5. María melle dúlcior,
Et flóribus fragrántior;
María rosis grátior
Et líliis candídior;
Firmaménto splendídior,
Et astris rutilántior.
℟. Flos vírginum.

6. María sine mácula,
Innocéntiæ régula,
Et piórum præámbula,
Naufragantúmque tábula :
Tutéla cunctis sédula
Per tot vitæ perícula.
℟. Flos vírginum.

7. María lux fidélium,
Lætítia credéntium,
Terror et luctus hóstium,
Consolátrix mæréntium,
Sóspitas ægrotántium,
Salvátrix moriéntium.
℟. Flos vírginum.

8. María plena grátia,
Plena misericórdia,
Te venerántur ómnia
Cæléstia, terréstria;
Tu nostra spes et glória,
Tu virtus et victória.
℟. Flos vírginum.

(T. *Versus selecti ex Seq.* Jubilus Virginis.. *Ed. R. P. Ragey,* Hymn. B. M. V., *p. 185.*)

XX

Sancta Maria

CANTICUM



2. Casta colúmba
Advenis orbi
Núntia vitæ,
Pacis in ore
Pígnora portans.
℟. O pia.

3. Astra tenéntis
Fília Regis
Magna poténsque :
Nam super omnes
Tu benedícta.
℟. O pia.

4. Múnere divo
Sola fuísti
Néscia culpæ,
Tota refúlgens
Lúmine sancto.
℟. O pia.

5. Tu paradísus !
Quam tua pulchra
Lília vernant,
Atque rosárum
Púrpura splendet !
℟. O pia.

6. Quod rea mortis
Abstulit Eva,
Ecce salútis
Tu reparátrix
Gérmine reddis.
℟. O pia.

7. Clausa per Evam
Jánua cæli
Jam patet ad nos,
Te mediánte,
Rursus apérta.
℟. O pia.

8. Spléndida stella,
Per maris undas
Ne pereámus,

Fulget amíca
Lux tua ductrix.
℟. O pia.

9. Nostra dat intus
Vita timóres :
Cúrrimus ad te :
Nunc et in hora
Mortis adésto.
℟. O pia.

(**M.** *Conductus* Astra tenenti, *in Ludo Danielis. Cod. Bellovac., in Bibl. Paduana. Ed. Danjou*, Revue, *t. IV. v. 65.*)

XXI

Gloria Sanctorum

RHYTHMUS

5.



(T. *Ed. D. Gallus Morel, O. S. B.*)

XXII

Ave Virgo speciei

CANTICUM



2. Ave cujus partus sanctus
Effugávit nostros planctus,
Dum laus Deo nuntiátur
In excélsis, atque datur
In terris pax homínibus.
℟. O María.

3. In te manet mel dulcórum,
In te scatet fons hortórum,
In te nitet decor florum,
In te mulcet thus odórum,
Myrrha stillat de mánibus.
℟. O María.

4. Ave, Virgo pulchra tota,
Et amícta solis rota,
Atque stellis coronáta
Duodénis, dum calcáta
Luna tuis est pédibus.
℟. O María.

5. Dignum nostræ laudis thema
Tuum fulgens diadéma,
Tot flóribus sanctitátis,
Præ his rosa caritátis,
Et castitátis lílio.
℟. O María.

6. Virgo fortis, et armáta
Ut ácies ordináta,
Hæreses interemísti,
Ac júgiter tu fuisti
Christiánis auxílio.
℟. O María.

7. O Regína, domináris
Super astra, fluctus maris,
Regna terræ, nec ipsórum
Portas latent infernorum
Tui jura regíminis.
℟. O María.

8. Pietátem tuam cuncti
Vivi noscunt et defúncti :
His in flamma fer levámen;

Simul illis da juvámen
In hac vita certáminis.
℟. O María.

9. Paradísi felix porta,
In agóne nos confórta :
Suspirámus ad te rei
Nos perduc in requiéi
Ætérna tabernácula.
℟. O María.

10. Christum pro nobis exóra,
Et nunc et in mortis hora,
Ut nos solvet a peccátis,
Et in regno claritátis
Nos cóllocet per secula.
℟. O María.

(T. *E variis locis partim depromptus, partim de novo concinnatus.*)
(M. *Cf. Conductum* Regis vasa deferentes, *in Ludo Danielis, ex Cod. Bellovac..*)

XXIII

O Maria, vitæ via

CANTICUM

5. O - Ma-rí-a, vitæ vi-a, Plena De-i gráti-a, Inter De-um Et hunc re-um Precor ut sis medi-a. 1. Funde precem, Ne in necem Décidam perpé-tu-am : Ut sim castus, Atque fastus Hujus mundi réspu-am. ℟. O Ma-rí-a.

2. Ille ductor
Et instrúctor
Adsit mihi Spíritus,
Qui te mundam
Et fecúndam
Fecit esse cælitus.
℟. O María.

3. Illa, inquam,
Ne delínquam,

Me consérvet grátia,
Qua replévit
Te qui flevit
Inter tua bráchia.
℟. O María.

4. Orbis rector,
Et protéctor
Noster clementíssime,
Nos invíse,
Ut elísæ
Convaléscant ánimæ.
℟. O María.

5. Lumen sparge
Tuæ largæ
Super nos cleméntiæ :
Atque mæstis
Da cæléstis
Solámen lætítiæ.
℟. O María.

6. Dei Fili,
Ex hostíli
Serva me fallácia :
Da ut fiam,
Per Maríam,
Tua dignus grátia.
℟. O María.

7. Ob amórem
Et honórem

Matris tuæ tríbue,
Ut cum bonis
Fruar donis
Quiétis perpétuæ.
℟. O María.

8. Te rogámus,
Et laudámus,
Per ipsíus méritum,
Ut ætérni
Nobis regni
Clemens pandas áditum.
℟. O María.

(T. Marial., VII, *28-36. Ed. R. P. Ragey.*)

XXIV
Salve mater misericordiæ

CANTICUM

5. Salve Mater misericórdi-æ, Mater De-i et Mater véni-æ, Mater spe-i et Mater gráti-æ, Mater plena sanctæ lætíti-æ, O Marí- a. ℟. Salve Mater. 1. Salve de-cus humáni géneris, Salve Virgo dígni-or cæteris, Quæ virgines omnes transgréderis, Et álti-us sedes in súperis, O Marí- a. ℟. Salve. 2. Salve fe- lix Virgo pu-érpera : Nam qui sedet in Patris déxtera, Cælum regens, terram et æthera, Intra tu-a se clausit víscera, O Marí- a. ℟. Salve. 3. Te cre-ávit Pater ingénitus, Obumbrávit te Unigénitus, Fecundávit te Sanctus Spí-



ritus, Tu es facta tota divínitus, O Marí- a. ℟. Salve. 4. Te cre-ávit



De-us mirábilem, Te respéxit ancíllam húmilem, Te quæsívit spon-



sam amábilem, Tibi nunquam fecit consímilem, O Marí- a. ℟. Salve.

5. Te be-á-tam laudáre cúpi-unt Omnes justi, sed non suffíci-unt;



Multas laudes de te concípi-unt, Sed in illis prorsus defíci-unt,

O Marí- a. ℟. Salve. 6. Esto, Ma-ter, nostrum soláti-um; Nostrum

esto, tu Virgo, gáudi-um; Et nos tandem post hoc exsí-li-um,



Lætos junge choris cælésti-um, O Marí- a. ℟. Salve.

(T. *Strophæ selectæ e prolixo poemate quod gratia devotionis quidam Carmelita in usus suorum edidit.*)

XXV

Ave maris stella, vera mellis stilla

RHYTHMUS



4. A - ve maris stella, Vera mellis stilla, Fecúnda pu-élla, Húmilis



ancílla, Cella stillans mella, Mundo mel distílla. Mú-li-er quæ



víperæ Letíferæ Caput contrivísti, Qui-a, Mater gráti-æ, supérbi-æ

Fastum non sensísti, Sancta Mater Christi, Non pudor emárcu-it,



Sed flóru-it, Hunc dum concepí-sti.

2. Tu rubus inústus
Per quem declarátur
Quod venter onústus
Castus habeátur,
De quo Judex justus
Caste generátur.
Virga Aaron flórida,

Non árida,
Fronde repentína
De qua viror pródiit,
Et éxiit
Fructus vi divína,
Per quem serpentína
Lingua virus vómuit,
Et dóluit
Dolos in ruína.

3. Ave Jacob stella,
Quem, dum prophetávit,
Sedens in asélla
Bálaam expávit;
Moysis fiscélla
In qua, cum se lavit,
Pharaónis fília
Egrégia,
Moysen eréxit
De carécto flúminis,
Qui séminis
Sui spem provéxit,
Dum crimen detéxit
Et percússit spúrium
Ægyptium
Sabulóque texit.

4. Tu es mons intáctus
Visus Daniéli
Qui es Regi factus

Augur infidéli.
Lapis hinc redáctus
Est Rex rector cæli,
Non percússus mánibus.
Homínibus
Bonæ voluntátis,
Tamen sine sémine
De Vírgine
Grata datus gratis
Natus est renátis,
Verbum plenum grátiæ,
Rex glóriæ,
Via veritátis.

5. Æsther, Assuéri
Sceptrum amplexáris,
Orísque sincéri
Tactu osculáris.
Prole Regis veri
Dum tu gravidáris,
Felix est compléxio
Quæ vítio
Caret voluptátis.
Virgo, cum fit crédula,
Fit bájula
Floris qui non aret.
Nam parit dum paret
Angeli sermónibus
Verácibus,
Sicut res jam claret.

6. Ergo, Virgo pia,
Et Mater insígnis,
Tali prophetía
Et tot nota signis,
Me rege, María,
Précibus benígnis.
Educ me de cárcere
Ne témere
Præda sim prædónis
Qui me sæpe círcuit,
Et díruit
Murum ratiónis.
Duc me Babylónis
De fornáce férrea,
Sidérea
Mater Salomónis.
Amen.

(T. *Brit. Mus. 7. A. VI. Ed. R. P. Ragey*, Hymn. B. M. V. *387*.)

XXVI

Ave lumen

SEQUENTIA





pópulum, Pari-éndo párvulum, Per quem mors est victa. 9. Ave vas



dulcédinis, Nitor pulchritúdinis, Rosa sine spina. 10. Vi-a rectitú-



dinis Turris fortitúdinis, Vitæ medicína. 11. Ave spes fidé-li-um,



Castitátis lí-li-um, Victóri-æ palma. 12. Cæléste sacrári-um, Dulce



refrigéri-um, De-i Mater alma. 13. Ave be-atíssima, Magna, major,



máxima, Præláta cæló-rum. 14. Virgo clementíssima, Gemma fulgen-



tissima, Vera lux sanctó-rum. 15. Ave stella fúlgida, Virga Jesse



flórida, Radix virtu-ósa. 16. Cuncta sanans mórbida, Lavans labe



sórdida, Virgo generósa. 17. O præcellens Dómina, Quæ désuper



ágmina Cæli sublimáris. 18. Cor me-um illúmina, Et ab hostis

máchina Semper tu-e-áris. 19. O fe-lix pu-érpera, Surge, veni,



própera, Tu-a sancta prece. 20. Me-a dele scélera, Ac me prorsus

líbera A peccáti fæce. 21. Hostis fraudes cómprime, Et peccáta

dírime, Dómina virtútum. 22. O dulcis spes ánimæ, Mihi, precor

íntime, Iter para tutum. 23. O verum soláti-um, Virgo salus óm-

ni-um, Pro me semper ora. 24. Et post hoc exsí-li-um Apud tu-um



Fí-li-um Véni-am implóra. 25. E-i-a me vísita, Atque sursum excita,



Dulcis Mater De-i. 26. Pro me Christum rógita Pi-etáte sólita



Semper memor me-i. 27. Ut me-is re-átibus Tu-is parcat précibus



Auctor pi-etá-tis. 28. Et mundátis sórdibus Mihi det cum cívibus



Vívere be-á-tis. Amen.

(T. *Bibl. nat. Paris.. Cod. 1063. Ex abbatia Arremarensi O. S. B.*)

XXVII

Jesse proles, quibus doles

SEQUENTIA



6. Jesse proles, quibus do- les Leva moles scélerum : Mater solis,



carens do- lis, Lux in po- lis síderum. 2. Non ignóta tibi vo- ta



Plebs devóta dírigit; Cujus cura peremptú- ra Mortis ju-ra córrigit.



3. Hoc fatémur quod meré-mur, Si verémur ínferos; Quos a solo



reddas po- lo Verbo so-lo líberos. 4. Spe salútis desti-tú- tis Tu



virtú-tis grádibus Lapsos quæris, vitam ge- ris, Anguem te- ris



pédibus. 5. Summa spe-i, salus re- i, Gignens De-i Fí-li-um,



Virga floris, vellus ro- ris, Et decó-ris lí-li-um. 6. Salutáta, fœde-

rá- ta Et ditáta flámine Tu de cælis cum fidé- lis Gabri-é- lis fá-



mine. 7. Lactas patrem, qui se fra- trem Teque matrem cóntu-lit,



Qui se gratis pro peccá- tis Et damnátis óbtulit. 8. Ergo audi et



exáu- di Tu-æ laudi déditos, Et in laude nato plau- de, Salva



fraude pérditos. 9. O se-réna nos a pœ-na Trahe, plena gráti-a;



Nobis dona cuncta bo- na, In ætér-na pátri-a. A- men.

(T. XIII° s. *Bibl. Sangall.. Cod. 383.*)
(M. *Ad instar cantus de Prophetis Christi*, Omnes gentes congaudentes. *Bibl. nat. Paris.. Cod. 1139.* XI° s. *Edidit Ed. de Coussemaker*, Histoire de l'harmonie au moyen âge, *pl.* XVIII-XXIII.)

XXVIII

O Maria, mater pia

SEQUENTIA



4. O - Marí-a, mater pi-a, O benígna, laude digna, Plena De-i



lúmine. 2. Me dignáre te laudáre Verbis dignis, sanctis hymnis

Et psalmórum cármine. 3. O dilécta præ-elécta, Cæli clavis, mundi



navis, Te devóte póstulo. 4. Ut dignéris, nec moréris Clemens esse,



nec de-ésse Mihi tu-o fámulo. 5. O regína, lux divína, O formósa



plus quam rosa, Pro me, quæso, cógita. 6. Roga De-um, salva



re-um, Consolándo, confortándo Sensum me-um vísita. 7. O be-áta,



De-o grata, O seréna, De-o plena, Votis me-is ánnu-e. 8. Ne me



tangant, aut confringant Hostis ictus et conflíctus, Me de malis



éru-e. 9. O flos florum, fons hortórum, O præclára, De-o cara,



Me-um sis soláti-um. 10. Obcæcáto, vulneráto Sis candéla, sis me-



déla, Tu-um dans auxí-li-um. 11. O decóra plus auróra, Virgo pa-



rens labe carens, Me cleménter córrige. 12. Ne peccáti potestáti



Sim subáctus, me-os actus Gubernándo dírige. 13. O vas mellis ex-



pers fellis, Cinnamómo vel amómo Nomen habens dúlci-us. 14. Post



tu-órum unguentórum Vel odórem vel dulcórem Fac ut curram cí-



ti-us. 15. Glóri-a, laus Patri De-o, Et Fi-li-o sit cum e-o Simul



sancto Flámini. 16. Sicut erat ab ætérno Glori-ósum in supérno

Magnum nomen Dómini. A-men.

(T. *Ed. Mone, 606.*)

XXIX

Ave vena veniæ

RHYTHMUS





Tu me munda, Fons pi-etá-tis.

2. Cedrus excelléntiæ,
Hyssopus amóris,
Tu misericórdiæ
Mater et honóris,
Palma patiéntiæ,
Bálsamus odóris,
Melle tui roris
Tu me pascas ómnibus horis.

3. Diadéma glóriæ,
Lílium candóris,
Myrrha pœniténtiæ,
Thálamus pudóris;

Sémita justítiæ,
Clíbanus ardóris,
Me conjúnge choris
Paradísi valde decóris.

4. Caritátis scrínium,
Claustrum uniónis,
Amóris incéndium,
Rubus visiónis;
Celsum David sólium,
Vellus Gedeónis,
Virtúsque Samsónis,
Mihi pacem da Salomónis.

5. Nardus recens, húmilis
Gutta delicáta,
Virga Jesse nóbilis,
Fructu fecundáta,
Scala Jacob stábilis
Sursum eleváta,
Mens sit jam purgáta
Mea per te, Virgo beáta.

6. Hortus delectábilis,
Arca deauráta,
Terra Jesse fértilis
Flore decoráta
Virgo venerábilis
Stirpe David nata;
Per te vita data
Sit et mihi pax reparáta.

7. Tu castrum tutíssimum
Quod bene vallátur,
Domus, aula, cívitas
Quæ bene fundátur;
Tu virtus, tu cháritas
Quæ non minorátur;
Per te concedátur
Illa mihi, nec moveátur.

8. Iris nostri fœderis,
Jáspidis figúra,
Piáculum scéleris,
Nubes non obscúra,
Tuos nunquam déseris,
Alma creatúra :
Ad bona ventúra
Trahe post te me, Virgo pura.

9. Consolátrix óptima,
Tu meum solámen.
Virgo prudentíssima,
Fer mihi juvámen,
Ut mea sic ánima
Séntiat levámen,
Quod post hoc certámen
Mihi Deus concédat. Amen.

(T. *Bibl. nat. Paris.. Cod. 3639. Ed. R. P. Ragey*, Hymn. B. M. V., *p. 193.*)

XXX

O tu spes mea, Maria

RHYTHMUS



2. Si quid mali subit mentem,
Nubem fugat invadéntem
Nomen tuum appellátum,
Frustra nunquam invocátum :
Quavis surgénte procélla
Mea es amíca stella,

Et ánimæ cymbam a fluctu
Servas pio tuo ductu. } *Bis*

3. Sub tutéla tua bona,
O amáta mea Patróna,
Sum in vita et in morte
Secúrus de mea sorte.
Tu mea lux in hac via
Usque portum, o María!
Me vívere fac te amándo,
Te amáre moriéndo. } *Bis.*

4. Quam pulchra cordis caténa!
Hac cor meum stringas amœna;
Fiam cunctis vitæ horis
Tui captívus amóris!
Cor meum jam non est meum,
Id rape, offer ad Deum;
Jam ámplius id pro me nolo,
Sit pro tuo Jesu solo. } *Bis.*

(T. *Canticum* O bella mia speranza, *auctore S. Alphonso de Ligorio.*)
(M. *Eodem S. Doctore.*)

XXXI

O Maria, Dei cella

PROSA

6.





tis hora. 6. Tu nos serves, Virgo digna, A fraude malígna; Tu



nos cæ-lis, o be-nígna, In ævum consígna. A-men.

(T. *Ad melodiam e variis locis concinnatus.*)
(M. *Ex Ludo Danielis, Conductus,* Jubilemus Regi nostro.)

XXXII
Voce jucunditatis

SEQUENTIA

3.



V oce jucundi-tá-tis, alle-lú-ia, Véri-tas de terra orta est, Cum



Christus de carne natus est; Nova fit in cælis glóri-a: Nova sunt in



terra gaudi-a. 2. Auctor rerum cre-atúram Miserátus peritúram Ad-



fu-it. Atque dextram libertátis, Jam ab hos-te captivátis Præbu-it.



3. Cælum terræ fundit rorem : Terra gignit Salvatórem : Chorus can-



tat Angelórum, Cum sit infans Rex e-órum. 4. Venter illa virgi-



nális De-i cella speci-ális Fecundátur Spiritu; Et ut virga parit

florem, Sic et Virgo Redemptórem Carnis tectum hábitu. 5. Alitur



(T. *Petri Venerabilis, abb. Cluniac.. Patr. lat. CXLIX.*)

XXXIII

Concordi lætitia

RHYTHMUS





Unitas, Ob Marí-æ mérita Nos salva per sæcula : Virgo Marí- a!



A-men.

(T. *Ed. Felix Clement. Seq. 86.*)
(M. *Prosa* Orientis partibus, XIIIº *s.*)

XXXIV

Tota Regis filiæ

SEQUENTIA

4.



Tota Regis fí-li-æ, Opus plenæ gráti-æ, Est ab intus cláritas.

2. Vincit matris títulos Virginísque flósculos Puri cordis cháritas.



3. Regnat hic mundí-ti-es, Non turbánda réqui-es, Lux absque nubé-



cula. 4. Quaqua parte quærites, Quod moméntum pénsites, Non est



ulla mácula. 5. Nondum sinu cláuditur, In amántis géritur De-us



corde mé-li-us. 6. Ante plenam gráti-a, Quod donórum cópi-a



Implet matrem Fí-li-us! 7. Sibi vilis ánima, Húmilis, magnánima,



Oculis placet De-i. 8. Credit et intélligit, Sperat et jam cólligit,



Firmæ fructus fíde-i. 9. Ut ad lætum núnti-um Sic ad tristem glá-



di-um Subdit se nil régerens. 10. Domum mortis éxu-it, Immor-



tálem índu-it Vim amóris non ferens. 11. Non jam languens dé-fi-

cis, Ferves flammis cælicis, Quod ardébas óbtines. 12. Amas tanto



pléni-us, Quanto cunctis célsi-us Una superémines. 13. Fac his qui-



bus úreris Tota, nec consúmeris, Ardé-amus ígnibus. 14. Mater o



vivénti-um, Tu-um nostris Fí-li-um Vívere fac córdibus. Amen.

(T. *In Missa propria Cordis B. M. V. a S. R. C. approbata pro Societate S. Sulpitii, item SS. Cord.*)

XXXV

Gaude, Virgo, quæ de cælis

CANTICUM

6.



Gaude Virgo, quæ de cælis Juxta vocem Gabri- élis Concepísti



fí-li-um. ℟. Allelú-ia, allelú-ia, alle-lú-ia.

2. Gaude, Mater Jesu Christi,
Quia Virgo peperísti
Creatórem ómnium.
℟. Allelúia.

3. Gaude, per quem cornu David
Stella Jacob revelávit
In accéssu géntium.
℟. Allelúia.

4. Gaude, quia resurréxit
Et revíxit, et revéxit
Cursor tuus brávium.
℟. Allelúia.

5. Gaude, per quam supra chorum
Sublimátur Angelórum
Natúra mortálium.
℟. Allelúia.

6. Gaude, quia te replévit,
Et supra te requiévit
Illustrátor córdium.
℟. Allelúia.

7. Gaude super omnes sola,
Cujus in utráque stola
Complétum est gáudium.
℟. Allelúia.

8. Tibi, Mater, supplicámus,
Fac ut tecum gaudeámus
In terra vivéntium.
℟. Allelúia.

(**T.** *Ed. Daniel,* V, *136, cum hoc titulo* B. Thomæ episcopo [*Cantuar.*] per Mariam revelata.)
(**M.** *nova, addito* ℟. Alleluia.)

XXXVI
Visne Maria

PROSA



(**T.** *Canticum S. Alphonsi de italico sermone in latinum versum a R. P. Franc. Xav. Reuss, Congr. SS. Redemptoris.*)
(**M.** *nova.*)

XXXVII

Sicut pratum picturatur

SEQUENTIA

6.



Sicut pratum picturátur, Et ver vernis flóribus, Mater De-i figu-



rátur Mysticis nomínibus. 2. Hæc est nostra Sunamítis, Nostra tym-

paníst-ri-a, Vi-a vitæ, vera vitis, Et cella vinári-a. 3. Hæc est sponsa



Salomónis, Fermentátrix fémina, Qua vetústa Phara-ónis Relevátur



sárcina. 4. Hæc lucérna, Paradísi Osti-um et jánu-a : Hæc vervécis



est occísi Génitrix ingénu-a. 5. Hæc est turris quam vallávit In-



corrúpta fírmitas ; Hæc castéllum quod intrávit Sola Verbi véritas.



6. Hæc est scírpe-a fiscélla Párvulum excípi-ens ; Hæc est parens et

pu-élla Sine patre pári-ens. 7. Virgo, virga nuncupáris, Templum, vas,



sacrári-um, Porta clausa, lux soláris, Cæli luminári-um. 8. Rubus



ardens, madens vellus Gede-ónis áre-a ; Fons signátus, ferax tellus,



Granum sine pále-a. 9. Gutta, nardus, mel, pigméntum, Radix aromá-



tica ; Palma, palmes, paviméntum, Piscína probática. 10. Botrus, uva



favus, hortus, Thálamus, triclíni-um, Arca, navis, aura, portus,



Luna, lampas, átri-um. 11. Tu colúmba, tu colúmna, Tu vitta coccí-



ne-a ; Tu es altrix, tu alúmna, Tu Engáddi víne-a. 12. Tu-i Patris



tu, Marí-a, Mater es et fí-li-a; Ergo Patri, Mater pi-a, Natos recon-

cí-li-a. Amen.

(T. XII° s. *Bibl. nat. Paris. Cod. 3156. Edidit D. Pitra,* Spicilegium Solesmense, *III.*)

XXXVIII

Hodiernæ lux diei

SEQUENTIA

1.



Ho odi-érnæ lux di-é-i Célebris in Matris De- i Agitur me-mó-

